

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Ephemeris Ecclesiastica Concionatorvm Hoc Est Considerationes Methodicæ Sev Veritates Practicæ**

Ex Vita Domini Jesu, Sanctorumque Gestis In Singulos anni dies mira  
facilitate & solertia distributæ ... ; Cum indicibus necessariis

Pars Æstiva - A Dominica SS. Trinitatis, ad Dominicam decimamquintam  
post Pentecosten

**Haineuve, Julien**

**Coloniæ Agrippinæ, 1665**

Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, &c. Importuni, opportuni.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44226**

*Et ego dico vobis, facite vobis amicos de mammona iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiant vos in aeterna tabernacula. Luc. 16.*

## VERITAS PRACTICA.

Importuni, opportuni.

**S E N S V S E S T.** Quod illi ipsi quos modo habes magis importunos in petendo, possunt esse aliquid tibi magis opportuni amici, si, quod petunt, obtineant.

**R A T I O E S T.** Quia illi censendi sunt magis opportunity amici qui magis opportune valeant tibi adesse.

Sed quos modò habes magis importunos in petendo, magis opportune valent aliquando tibi adesse. Ergo illi magis opportuni amici, & magis, magis que eloendi sunt.

## I. PUNCTUM.

**E**VANGELICÆ Summa Parabolæ tribus his constat partibus. Prima est, ut intelligamus nos non tam esse rerum temporalium dominos, quam dispensatores, qui earum omnium rationem reddere debent vero Domino Deo. Secunda est, quod si jam exigetur à multis, illa bonorum acceptum ratio, vix eam possint reddere. Tertia deinde quod nisi omnino despiciant, provideant matutinè oportet suis rebus exemplo huius Villaci qui si probatus est à suo Domino quod sapienter fecisset, licet fraudulenter egisset, quanto magis à Deo illi laudabuntur, qui sibi de suis illis que supersunt, amicos faciat à quibus opportune juvari possint, quando de alijs quæ male impenderunt, vocabuntur in jus divinamque iustitiam. Quamobrem haec est extrema clausula : *Et ego dico vobis, facite vobis amicos de mammona iniquitatis.* Id est, de divitiis quæ dicuntur iniquas, non ex se, sed ex earum uero qui plerumque iniquus est, sive in illis comparandis sive in possidentibus sive in consumendis. Fiant autem ex illis amici, quinos deficientes recipiant in aeterna tabernacula, quando ex illis fiant eleemosynæ quæ uniuersitati, & pauperum orationibus exoratus Dominus concedat felicem exitum quibus alioquin non nisi miserandus consigiliet.

Quia vero iam sic importuni videntur Pauperes, ut eorum penè fastidium quoque subeat ; diligenter id cayendum, & quos habes

modò importunos sic considerandi sunt tanquam futuri aliquando magis opportunity amici, si eorum importunitatem benignè toleraris & inopiam subleves.

Ratio est plurimum expendenda, quod illi sine dubio sint censendi magis opportunity amici, qui magis opportune, id est, in graviori necessitate valeant tibi adesse, tibi patrocinari, & te omni ope, si quo labores periculo, liberare, nonne sic Sacri profanique Authores veros à falsis amicos denotant ? Est enim amicus secundum tempus suum, inquit Sapiens, & non permanebit in die tribulationis : *Est autem amicus Ecclesie, cuius socius mensa, & non permanebit in die necessitatis. Amicus si permanferit fixus, erit tibi quasi coequalis,* id est, æqualem tecum sortieretur fortitudinem : in hoc erit vele amicus, si quæ tua sunt ætumno velit ex æquo participare, ac illa quæ fuerint beneficia, seu felicia; tuque illi parem repedes vicem.

O non minus rara quam fidelis amici nostra.

## II. PUNCTUM.

**S E D** quos habes modo magis importunos in petendo, magis opportunity valent aliquando tibi adesse.

Quoniam sunt magis importuni, major est patientia, majorque caritas dum illis subvenitur, atque ita magis certo amici comparantur, quo supra dictum est modo, licet id ne ciant pauperes nec advertant. *Iustitia eius manet in saeculum saeculi.* Nempe iesu qui dispersit, dedit pauperibus, & qui miserebatur & commodat disponet sermones suos in iudicio, id est, habebit quod respondet, & quo se accusatus defendat, ne judicetur nec condemnetur.

Quod egregia quidem parabola sanctus Joannes Damascenus in historia Barlaam & Japhat reprobavit, sed eam licet paulo liberius sic adiem nostram explanare :

Homo quidam singulari quatuor amicorum confortio convivit que gaudebat, licet eorum unum quem quartū dicimus, non ita coleret atque tres alios. Incidit vero ille in tam operosum negotium, ut nisi ab amicis juvaretur, parco fiendo nunquam esset negotio ; quamobrem prius illorum adit conquirendi gratia j grata. Sed